Scire volumus vestram universitatem, quod dominis de Porta contulimus superiorem partem montis ab utraque vinea Por|tensium usque ad supercilium montis porrectam iuxta Wenzendorf sub hac forma, ut pro anima dilecti nostri Swidegeri cotti|die usque ad anniversarium ipsius missa pro anima ipsius in honore Christi celebretur et anniversarium ipsius, ut consueverunt fratrum ipsorum, diligentius procurent. Et ne aliquis possit hoc factum inposterum evacuare vel in irritum ducere, sigillo nostro presentem kartam roboravimus et hos testes ponimus: Henricus de Ymenez. Cunradus pincerna. Theodericus de Slatebach et frater ipsius Henricus. Albertus de Droiz. Albertus de Luppe. Guntherus de Rochezberg. Herkenboldus[a]) de Grizlaw[b]). Henricus de Korun. Datum anno ab incarnatione domini m̄. cc̄. xiii., indictione i.[c]).

(S.)

183.

Sophia, Aebtissin von Quedlinburg beurkundet einen zwischen ihrem Stifte und dem Kloster Pforta eingegangenen Tausch in Betreff der Hälfte des Dorfes Wenzendorf und des anstoßenden Berges und schließt in diesen Tausch mit ein den ganzen oberen Theil dieses Berges, welchen ihr Verwandter Markgraf Dietrich vom Stift als Lehn besaß und offen ließ. Vergl. No. 182.

1213 [Januar — September].

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 190. Das an gelbseidenen Fäden hängende, wohlerhaltene S., = Taf. XIV. 2. Auch Dipl. Portense (Saec. XIII) fol. 15b und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 32 Bibliothek der Landesschule Pforta.
Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforta 99.
Anm.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 19 und 98 Anm. Portenser Hand.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sophia divina favente clementia Quiddelingeburgensis abbatissa. | Universis Christi fidelibus modernis et posteris constare volumus, quod ecclesia Portensis cum ecclesia nostra concam|bium contraxit super dimidia villa, que dicitur Wencendorf, et adiacente monte. Verum quia ex veritate | comperimus, quod iam dicta Portensis ecclesia triplo meliores et ampliores possessiones in reconpensatione ecclesie nostre restituit, ideo nos intuitu pietatis totam superiorem partem predicti montis ab utraque vinea Portensium usque ad summitatem montis porrectam a cognato nostro Theoderico marchione Misnense ab ecclesia nostra feodali iure possessam et nobis resignatam, pro remedio anime nostre in predicto concambio conprehendimus et eidem Portensi ecclesie contulimus. Ne igitur hanc nostre donationis constitutionem aliquis in posterum possit immutare, convellere aut imminuere, presentem cautionis paginam sigilli nostri inpressione signavimus et idoneorum testium subscriptione roboravimus, quorum nomina sunt hec: Herbordus, Albertus, Guncelinus, Guntherus ministeriales marchionis. Rödegerus miles. Cunradus capellanus. Vlricus capellanus marchionis. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini m̄. cc̄. xiii., indictione prima.

(S.)

182. *a)* Herkenboldus *hineincorrigirt in* Herkelsboldus. *b)* Grizlaw' *Or.* *c) Von* Datum — i *mit dunklerer Tinte von anderer Hand nachgetragen.*